



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Juramenti Absolutio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

tamen quando emit potest habere, Boer. decisione 23. numero secundo, & ita dicit esse consuetudinem in Francia: tamen in regno nec activè, nec passivè Ecclesia habet jus congruum. Affl. de iure protim. §. tota, numer. 33, & § est autem, numero 33. & Novel. ubi sup. §. 8. & 9. num. 29. idem dicitur de Curia, & de via publica, & de Scholis, & confraternitatibus, §. 8. & 9. nu. 43.

Quarum dubium, an illi, ad quos pertinet hoc jus prælationis, possint petere juramentum ab emptore, & venditore, utrum contractus sit verus, palliatus & in fraudem illorum. Affirmative respondetur, & illi tenentur jurare, & si pejerant, possunt puniri poena perjurii, & poena venditoris, est amittere pretium & emptoris, rem emptam, Affl. ubi supr. in ver. 7. notat. ver. 21. car. So. Novel. loc. cit. §. 5. numero 50, & infra.

Tertium dubium, denuntiatio rei venditæ fieri debet infra triginta dies, alias amittit jus, quod habet. Novel. in constitutione, num. 8. & §. tertius, num. 47. Affl. ubi supr. §. ut infra, fol. 38. pro materia juris congrui, vide Bull. Leo n. X. & Sixti IV. & Pii V. Bulla 128 qua incipit, ad hoc nos, & aliam 134. qua incipit, Tanta est, ubi disponit, quod domini de eorum bonis libertè possint disponere etiam non requisitus inquilinis, Greg. XIII. Bull. 25. qua incipit, Qua publice. Sextus enim IV. Leo X. & Pius IV. fecerant quasdam constitutiones, quarum vigore vicini tenebatur domus vicinis vendere in certis casibus, & quod inquilini domorum venden-

darum requiri deberent, quas Bullas Pius V. prædicta Bulla 134. revocavit, easque reduxit ad terminos juris communis, vide Caputq. dec. 73. & 77.

## JURAMENTI ABSOLUTIO.

## SUMMARIUM.

- 1 An in absolutione à juramento, quo potius habilitatio dici debet, requiratur partis adversæ citatio.
- 2 Num in omnibus contractibus detur ista habilitatio indifferenter.
- 3 Quæ clausula requirantur in habilitatione hæc:
- 4 Quænam juramenta possint ab Episcopo absolviri seu habilitari.
- 5 A quo petenda est absolutione sive habilitatio.
- 6 An & quando requiratur præsumquam jurans agere possit.
- 7 An possit concedi, etiam invia parte aduersa.
- 8 An perjurus possit petere hanc habilitationem sive absolutionem.
- 9 An judex laicus possit admittere actionem contra contractum iuratum sine precedente absolutione.
- 10 An judex Ecclesiasticus possit punire laicum perjurum, & quæ sunt poene perjurantium tam laicorum, quam ecclesiasticorum.

**A**D Primum, oportet distinguere nam si cum habilitatione juramenti lequeretur ipsius contractus irritatio, tunc opus esset ut præmittatur partis aduersæ citatio, Covar. lib. 1. capi. 4. numero 5. versic. id vero, var. resol. & capi. 14. nro.

14. num. 15. vers. 6. ubi dicit, in contractibus innominatis esse locum pœnitentiaæ re integra, etiam in favorem Ecclesiæ; si vero solum habilitatio petitur (salvo remanente contractu) qua solum aperitur via ad agendum, & ad excipiendo, non requiritur adversæ partis citatio, Covar. loc. citat. Gom. tract. de brevibus, num. 46. Staph. de lit. grat. & iustitia, fol. 311. n. 8. & 9. Guid. Pap. quæ. 140. n. 4. & hoc ampliatur, etiam si petens habilitari promiserat, & jurarat in contractu nunquam venire contra voluntatem suam, & nunquam petere juramenti absolutionem, Staph. loc. cit. Gimo. de grat. expectat. fol. 410. n. 7. Galles. loc. cit. fol. 55. n. 3. affl. Et. decisio 220. n. 10. & Cap. Tolos. quest. 61. debet intelligi secundum doctrinam Covar. quia videtur sentire contrarium.

Ad Secundum, dico primò, quod Cameræ Apostolicæ non datur habilitatio à juramento, Covar. loc. cit. num. 6. & citat Staph. ad idem tamen Galles. loc. cit. fol. 54. & 57. dicit dari hanc habilitationem, sed non effectum retardandi exequitionem contractus. Secundò, datur habilitatio in contractu donationis causa mortis, & in actibus ultimæ voluntatis, Gom. in cap. si pauper. num. 5. de testam. lib. 6. Covar. in rubr. de testam. 2. p. num. 14. concl. 26. Boer. decis. 353. num. 6. ampliatur hoc, etiamsi promisisset sub juramento eam non revocare sub quibuscumque clausulis, vel non impetrandi absolutionem à juramento præstato in contractu. Ratio datur à Covar. loc. cit. facit c. fin. de procur. lib. 6. & ratio est, quia istæ clausulae solent

apponi à tabellionibus absque scientia contrahentium: hoc fallit in instrumento formæ Cameræ, ubi valet ista clausula ne ad effectum impugnandi instrumentum relaxatione juramenti possit impetrari, Galles. loc. cit. fol. 53. n. 7. Tertiò, an detur habilitatio juramenti in donatione inter vivos, vel causa mortis, quæ transit in donationem inter vivos, vide Covar. loc. cit. per totum: tamen vidi dari eam indifferenter accedente causa rationabili, per cap. final. de donationibus inter vivos, non facta tradizione rei, & decis. 27. & 153. in fine, & causa potissima est, quando donatarius gravem, vel atrocem injuriam donatori intulerit; quia tunc, etiam donatione inter vivos potest revocari, Covar. loc. cit. c. 2. num. 8. vers. 9. vide Anchar. & accessorium, num. 6. de reg. iur. lib. 6. ubi ponit multos casus, quibus juramentum non causat irrevocabilitatem contractus, vide Bald. in Auth. sed c. i. m. testator, C. ad leg. Falcidiam.

Ad tertium, debet poni prima clausula, juramentum videlicet non debere esse vinculum iniquitatis, cap. quando, de iure urand. Gloss. in c. dilecti in ver. iuramenti, de maior. & obed. c. inter cetera, 22. 9. 4. Guid. Pap. loc. cit. numero 2. Debet secundò uti verbo habilitari, seu relaxari, non absolviri, Staph. loc. cit. Ratio est, quoniam illè non absolvitur ab observatione juramenti, sed habilitatur ad hoc, ut possit agere, & exciperre absque incursione perjurii, & aperitur ei via ad agendum, seu excipiendo in judicio. Si enim in plenario judicio postmodum pronuncietur

CONTRA-

contractum esse validum, non obstante habilitatione ad illius contractus observationem astringitur, Covar. loc. cit. num. 6. Soto lib. 8. quest. 1. art. 7. & 10. addit. Tertiò debet ponere clausula, à juramento, seu juramentis, & maximè quando quis juravit non venire contra contractum, quia modò sunt duo juramenta, ut patet ex dictis, & ex Affl. decis. 30. n. 6. alias esset perjurus. Quartò debet addi, ci rca præjudicium tertii; quia in hoc, nec posset relaxare Papa. Soto loc. cit. ar. 9. Quintò, quod adsit causa rationabilis, Soto loc. cit. Sylve. in ver. juramentum, §. 2. in fine, quæ causa habilitatis, debet inseri instrumento relaxationis; Guido Pap. qn. 140. Abb. in cap. à vobis, num. 3. de decim. & cap. inter, numero 9. de renunc. Sextò, ut inferatur tenor totius instrumenti in relaxatione, seu habilitatione, ita Vinc. de Annan. singul. 2. & sic servatur Neapoli.

Ad quartum respondeatur ex Soto loc. cit. quod ita æquiparatur, sicut in voto, quemadmodum enim à tribus illis non potest Episcopus absolvere, quæ sunt reservata Papæ, ita nec etiam à juramentis factis intuitu illorum trium Sylv. loc. cit. §. 3. exceptis etiam juramentis praestitis per sedem Apostolicam, vel collegia Ecclesiæ, & de non alienandis bonis Ecclesiæ, & similia, prout in c. dilecto. de prob. Gom. in c. 1. n. 186. de constit. lib. 6. Scaph. fol. 184. n. 4. glos. in Clem. dudum, in ver. pacta, desepult. cum similibus.

Ad quintum, debet peti ab Episcopo jurantis, seu in loco contractus, non autem creditoris, Capyc. decis. 18. num. 6.

Covar. loc. cit. ver. verum, & hoc mihi accidit in facto, & ita fuit obtentum, Covar. ubi supr. c. 4. num. 1. & hinc oriuntur multa. Primum, in quibus contractibus detur dispensatio à juramento, vide superius, §. 2. Guid. Pap. q. 224. & sequent. Secundum, de perjurio potest puniri judec laicus, quia est crimen commune. L. mixtum, Guid. Pap. q. 178. num. 1. & conf. 29. incipiente, incarceratus, n. 3. & conf. 89. Tertium, quod Princeps sæcularis potest dispensare super juramento, idem ibidem, numer. 3. & quest. 198. & addit. ad q. 189. at mihi hoc non placet, cum hoc videatur potius pertinere ad judicem Ecclesiasticum. Quartum, semper quod res non permaneat in eodem statu, potest dari habilitatione à juramento, quia sic intelligi debent Doctor. in c. cism contingat de jurejur. Guid. Pap. quest. 199. n. 3. Quintum, juramentum obligat ad sui observationem, tam in jure, quam in facto, adeò quod non potest contraveniri adversus contractus juramentum, idem quest. 6. 7. Sextum, absolutio à juramento datur ratione enormissime lassionis, Capyc. decis. 159. num. 25. nec obstat c. quamvis. de pact. lib. 6. quia intelligitur, quando laelio esset medietatis, & non enormissima, similiter respondeatur ad cap. contingat, & de iurejur. Septimum, à juramento super contractu datur habilitatione, quando absolutionem petens intendit probare, quod id, quod promiserat in contractu, solvebat ob turpem causam, Capyc. decisio 95.

Ad Sextum vide Affl. decisio 263. num. 3.

Ad Septimum, affirmativè respondeat idem decis. 220. n. 10. & 11. Ad

Ad Octavum, affirmativè respondet idem *ibidem*, n. 17. modò priùs habilitetur à perjurio, sive absolvatur.

Ad Nonum, vide *Covar. de sponsal.* 2, p. c. 3. §. 5. nu. 7. lib. 1. c. 4. num. 7. var. resol. Anchāt. in c. licet, numer. 5. de iure-jur. lib. 6.

Ad Decimum, respondatur quod sic. Addit. ad q. 17. Cap. Tolos. ex Doctoribus, in c. cùm sit generale, de foro compet. Quod verò ad pœnas, videto *ibidem*.

Ad Undecimum, Cap. Tolos. q. 161, respondet, quod non; & idem tenet ibi addit. cùm multitudine Doctorum ci-vilium & Canonistarum, idem esse de donatione inter patrem & filium.)

## JUS AD REM.

**P**rimò, acquiritur decem modis in beneficialibus, & præcipue per elec-tionem, Abb. in cap. cùm Bertoldus, dere-judic. Selva tract. de benef. 3. par. quest. 2. numero 1. Sed intellige, sequuo scrutinio, Gemin. in capit. in electionibus, notab. 1. de elect. libro sexto.

Secundò, per præsentationem factam à patrono coram Ordinatio intra legi-tima tempora, Gloss. in cap. pastoralis, in ver. appellaverit, de iure patron. Gom. in q. 6. de fabrog. collitig, sed nos tribuitur per hanc solam præsentationem titulus coloratus sine institutione, Gom. quest. 53. in reg. de trien. Caput aq. decf. 307. p. 3. Nec dat jus considerabile per regulam Cancellariæ, de non tollendo iure quesito, nisi accederat consecratio seu acceptio præsentati sive electi & postulati, ita

Gom. in q. 1. col. 5. verf. 1. habere locum, de non toll. jure quæsi, sed si acceptat, & consentiat, tribuit jus, etiam si superior non admittat præsentationem, vide Ge-min. in cap. 1. ver. oppono secundo. de po-stul. lib. 6. & h. c. clare tenet Gemin. in cap. quam sit, ver sed an habeant locum, de elect. libro 6. & assignat rationem, ut per mutuum consensum electorum, & electi, vel præsentantium, & præsentati, iniungunt matrimonium spirituale, cap. li-cet, de translat. Pralat. sed hoc non est ne-cesse in collatione, cap. si tibi absenti, de præb. lib. 6. Joan. Andr. ibi tamen inferius. §. electus, notab. 2. dicit quod ex elec-tione quæritur jus electo, etiam ante-quam illi consentiat, & quod Papa non intendat tollere hoc jus quæsumus alii-qui, non facta mentione de illa, & elec-tio & præsentatio pati passu ambulant, ut ipsemet Gemin. ibi paulo antè, ver sed an habebit locum iste tex. in præsen-tatione,

Tertiò, per gratiam expectativam, Cardin. in Clem. Auditor. & in Clem. 2. in 2. notab. de præscrip.

Quartò, per mandatum de provi-dendo, cap. si postquam, de præhend. lib. 6.

Quintò per collationem factam per Capitulum, si tibi absenti, eod. tu. & li-bro.

Sextò, per reservationem factam pro aliquo familiari de certo beneficio, Gem. in conf. 12. incipiente, utrum ille, in fine.

Septimò, per consuetudinem optan-di, per c. fin. de consuetud. libro sexto, & di-xi in versi. Canonia.